Vita Ioannae Primae Neap. Reginae

per Tristanum Caracciolu

Credo equidem maxime de humana Societate tunc beneme-
reri, cum quis innoxios ab iniuria, contumelijsq pro
viribus asserere conatur, et precipue invalidos, et
qui per se id efficere nequeunt, quorum primi vita
functi merito censentur, quod beneficium quanto
maiori personae exhibetur tanto honestius quando
nec ambitioni neq adulationi inservire cognoscitur.
et illustrius cum magnitudinem nominis convicijs
involuti explicando falso id contingisse palam fiet.
Nuper ego cum in Ioannis Boccatij librum forte
inciderim, quem in mulierum illustrium memo-
riam eloquentissimus ille, et precipue vernacula
lingua ediderat, offendi ultimam illarum Ioannam
Reginam cognom.to primam. Cui profecto non
ob merita, aut quod inferior alijs extiterit eum
locum tribuit, sed potius temporum ordini intendens,
aut quod magis arbitror, qui illam novissimam le-
gerent regalem illius vitam fidelius, tenaciusque

conditionibus, fundis moritur infantulo cap-
tiui filio successore: qui paulo mox suppellec-
tili tam nobili, pratisque, atque pecunijs
nunc hac, nunc illa de causa exutus est; quæ
cuncta ad regem translata sunt. quid quod
Comitatus, reliquaq; sua Oppida per perpetua
familiæ hostes, cum quibus exitiales simul-
tates sui maiores exercuerant, detineri noscu-
tur; nepotem omnino Auorum patrimonio
extruere, licet Ducatum, et Oppida, et non
pauca sui patrimonij possidere videatur.
Nunc profecto totius vitæ cursu preterit æquus
arbiter de hominis foelicitate uerius ferre
sententiam. Antequam Campania digre-
diamur, Raptarum gentis Casertæ Comi-
tum, et tam opportuni Dominatus ostenda-
mus exitium, qui primus ex hac familia
Jacobus de Rapta fuit, Comesque è Celti-
beria Sanctia Reginæ, eiusque Aulæ Præ-
fectus aduenit, ab illo ad nos usque series suc-
cessionis perennauit, quæ morte plurium Comi-
tum, quibus hac ætate decessisse contingit, fun-
ditus decidit; nemineque illorum penitus
abolito. ——

nunc hac nunc illa de causa

familia Raptha

Camerarium mag-
num dicebant

Hic Iacobus linguæ
hispanæ didascalus fuit
qui ex Catharina de
Alneto quæ comitatum
Alexani successit An-
tonium comitem genuit
[illegible] strenuum qui Regi[illegible]
magnus camerarius ac
[illegible] Alexani
et Montorij comes fuit
Item Canonicæ Miniani
dominus deinde ei suc-
cessit Comes Franciscus
qui dicitur pro subueniendo Regi Montorij comitatum uendidisse. Hic ex uxore et familia [illegible] genuit
Joannem qui Franciscus sub Joanna secunda Regina et magnus camerarius, et multarum terrarum ex [illegible]
dominus. fuit dicitur ex [illegible] campaniæ, Stæ Agathes, Vallis [illegible] Joannis hic huius filius [illegible] comitatus
dominus fuit; ex Caserte, Alexani et Stæ Agatæ uir strenuus [illegible] à Rege ob nimiam uirtutem Congressu [illegible]
[illegible] (quæ gio [illegible]) nuncupant interdictum fuit qui ex Anna Ursina principis Salerni filia quatuor liberos

Didonis Reginae Vita. ~

Finxisse Virgilium Didonem Aeneae amore
deperditam, eiusque discessus impatien-
tem seipsam interemisse, sua Eneide le-
gimus, quod, et si fabulosum scimus, nemo
tamen est, qui artem, eloquentiam, om-
niumque disciplinarum cognitionem in-
ea contenta despiciet, quin laudet: Hi-
storiamque omnem post legendam putet
perpensis cunctis figmentis dotibus, vn-
de maiorem fructum, cuiusvis facul-
tatis amori deditus elicere posset, non
inueniet: Sinamus ergo Vergilium
suis in laudibus degere, quibus tot se-
culis Orbi se probatum praestitit; et Di-
donis vitam apud incertum quendam
Authorem Verne repertam Latinam redde-
re aggrediamur, non tamen vt Maronem
mentiri arguamus, cuius edictionis ma-
iestati omnes scriptor merito cedit, et
assurgit; sed vt Regina illa non tantum
Italis quorum Idiomate enarrata est
sed omnibus Romana vtentibus lingua

nostræ religionis viros, et Ethnicos, et acutè
atq; disertè, an ducenda foret uxor, argumen-
tis hinc indè validis disertasse, uereor; nè tu
alteri opinioni neganti accedas, tuæ fortassis
consentaneæ; sed si introspexeris, et exada-
mussim authores eorum sententias discusse-
ris, alteram facillimè approbabis, ad quam
summoperè te hortor. Hæc ad te, Iucundis-
sime L. ubi si quid inuenies, quod non sit
tibi cordi, benè consulas uelim; dilectio pro-
fectò, et charitas expressit. Interim si
ea fide acceperis, qua scripta sunt; aliquid
effecisse gratulabor; sin autem secus con-
tigerit; mè porrò quem hactenus habuisti
eundem deinceps præstabo. Benè vale,
et me ut solitus es, ama, nos enim in dies
te magis diligemus.

Deo grãs. Finis. Laus Deo